THE CATHOLIC UNIVERSITY OF EASTERN AFRICA

A. M. E. C. E. A

P.O. Box 62157
00200 Nairobi - KENYA
Telephone: 891601-6
Fax: 254-20-891084
E-mail:academics@cuea.edu

MAIN EXAMINATION

JANUARY – APRIL 2017 TRIMESTER

INSTITUTE OF CANON LAW

REGULAR PROGRAMME

JC-L 207: LATIN III

Date: APRIL 2017	
INSTRUCTIONS:	

Q1. Anglice redde

Puer et magister

Publius, qui puer improbus est, neque libros legere, neque magistrum in ludo recitantem audire vult. Saepe igitur non ibat ad ludum, sed in campis errabat. In arborum ramis multae aves canebant laetae, quod aer calidus erat, sol in caelo lucebat, neque ullae nubes cernebantur. Iam campi nova herba operiebantur, et arbores novis foliis ornabantur.

Dum autem Publius in campo ambulat, bos ferox, qui ibi herbam carpit, eum videt. Primum bos diu puerum oculis spectavit; Publius vero animadvertens bovem se spectare, fugere conatur: at bestia eum sequitur, quia puerum cornibus pulsare vult. Bos ad puerum currere incipit et in eum impetum facit. In postrema campi parte fossa erat, aquae plena, in quam puer currens se iacit: postquam vero in aqua fuit, valde timuit, quia non tam bene natare poterat: magna igitur voce clamavit, sed eius vox a nullo praeter bovem audita est, qui non solum aquam, sed etiam terram umidam et mollem timens, in fossam non intravit.

Sed ecce caelum nubibus atris operitur, quae imbrem non exspectatum afferunt. “Heu!” inquit puer imbrem in fossam cadentem aspiciens, “Nisi quis me adiuvabit, in hanc fossam mergar! O me miserum, qui tam stulte moriar!”

Perterritus igitur maxima voce iterum clamavit. Tandem magister, qui per campum ad villam suam redibat, Publii clamantis vocem audivit; accurrens igitur magno baculo verberavit bovem, qui fugit; postea vero puerum ex fossa servavit. Qui, postquam servatus est: “O magister!” inquit, “Quam laetus te video!” “At cum

ISO 9001:2008 Certified by the Kenya Bureau of Standards

sedes in ludo et me audis recitantem" respondet magister ridens, "non saepe tam laetis oculis me aspicere soles! "

Q2. Complete these sentences by inserting the missing endings**.**

i) Medus Lydiae dicit: "Nos laet_____ *(*= gaud__) quod in Graeciam proficisc__ possumus; illic multi amici nos opper_____ (= exspect__)."

ii) Lydia Medo dicit: "Tu me consol_____), sed ego tristis sum, quia multas amicas Romae relinqu_____

iii) Romani multos deos ver_____ (= metu_____), Lydia autem unum Deum tantum invoc____

iv) Marcus ceteris discipulis dicit: "Vos litteras et numeros bene discere con_____, quia magistrum ver_____ (= tim_____). Ego magistrum non ver_____ (= metu_____); iam multas res sc_____."

v) Iulius et Aemilia mane filios ad ludum proficiscentes complect_____.

Vi) Iulius mala part_____ (= divid_____) et liberis servisque ea larg_____ (= d_____).

Q3. Match *idem* and *quisque* with the nouns of the third column.

	IDEM	QUISQUE	
1.			matris
2.			exercitui
3.			rem
4.			puro
5.			die
6.			fluminum
7.			leonem
8.			portus
9.			corda
10.			sororum

Q4. Analyze these words by specifying which part of the speech they are about (adjective or adverb), the grade of comparison and, for the adjective, the case, the number and the gender. Sometimes there are more possibilities.

Recte_____
Pigerrime_____
Turpiter_____
Gravissimo_____

ISO 9001:2008 Certified by the Kenya Bureau of Standards

Fortius_____
Fortia _____
Pravo _____
Bene _____

Q5. Write, for each of the active forms of the right column, a deponent synonym: choose one of the verbs of the left column and put it in the mood, time, person, etc. required.

Egredi	gaudet = _____
Intueri	exspectant= _____
Labi	cadens = _____
Laetari	abeunt = _____
Opperiri	timentibus= _____
Oriri	spectanti = _____
Proficisci	ascendunt = _____
Sequi	veniens post= _____
Vereri	exire = _____

END

ISO 9001:2008 Certified by the Kenya Bureau of Standards